



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 106. Martinus Borrhæus mortuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI.
A.C. 1564.

§. CVI.

Martinus Borrhæus mortuus.

*Thu. 1. 36.
Pantaleon
l. 3.*

*Prosopogr.
Melchior
Adam in vit.
Germ.
Theol.*

Pariter Lutheri hæresis in Germania duos sectatores amiserat; obiit enim Martinus Borrhæus, & Theodorus Bibliander, quorum primus sub nomine Borrhæi, & Cellarii notus Stutgardix in Wirtembergensi Ducatu Anno salutis nostræ millesimo quadringentesimo nonagesimo nono natus erat. Magistrum is habebat Capnionem, atque confecto Philosophiæ curriculo Heidelbergæ Magister liberalium artium creabatur: postmodum autem Wirtembergam reversus, Hebraicæ, Syriacæ, & Chaldaicæ linguæ operam dabat, sibi que Melanchtonis, quem jam antea Tubingæ noverat, amicitiam ibidem concilians, cum nec ingenii acies, nec scientia ipsi deesset, multos accersebat discipulos: eoquod autem a Stubnero, qui inter primos Anabaptismi Architectos merito recensetur, seductus esset, hujus sectæ deliriis sese mancipabat, illiusque errores stabilire indefesso studio adlaborabat: anno vero post Christum natum millesimo quingentesimo vigesimo secundo cum Luthero conferens luculenta sui Phanatissimi specimina ediderat: postea in Prussiam Anno millesimo quingentesimo

mo vigesimo quinto delatus, ibidem Sæcul. XVI.
A. C. 1564.
Principis jussu in carcerem conjectus

est, ubi tamdiu hærebat, ut ad conscribendos multos libros suis erroribus refertos satis amplum temporis spatium nancisceretur, cum autem suam sectam exterminio proximam, atque ex illa nullatenus perfectam omnium rerum restaurationem esse sperandam cerneret, Protestantium factioni nomen dedit, ac Basileam Anno millesimo quingentesimo trigesimo sexto petens ibidem artem Rhetorices, Philosophiam, & Theologiam tradebat: ubi tamen dum pro pane sibi lucrando opificem aliquamdiu agere cogebatur, conjugem duxit, ac Basileæ peste confectus die undecima Octobris Anno reparatæ salutis millesimo quingentesimo sexagesimo quarto vita functus est.

Scriptis is annotationes in Aristotelis libros Politicorum, necnon in ejusdem Rhetoricam: insuper edidit alium commentarium in Pentateucum anno millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo editum, anno autem a partu Virginis millesimo quingentesimo sexagesimo primo ejus commentarius in Isaiam, & Apocalypsin, tertio autem anno alius in Jobum, & Ecclesiasten primam lucem aspexit. Attribuuntur eidem quoque tractatus

Z 3 de

Sæcul. XVI. de Logica, & rebus Mathematicis, præ-
A.C. 1564. ter commentarium in librum Judicum,
 & quatuor libros Regum; præterea e-
 didit quoddam opus Philosophicum in
 tres libros divisum, cui etiam accessit
 tractatus de censura veri, & falsi.

§. CVII.

Theodori Bibliandri obitus.

Pantal. Pro- Theodorus Bibliander Episcopi-Cellæ
fop. l. 3. prope San-Gallum in Helvetia na-
Melch. l. c. tus linguarum peritia, & Protestantium
 Theologia, præcipue vero in exponen-
 dis sacris Scripturis valde celebris
 credebatur, quapropter Tiguri anno
 Christi millesimo quingentesimo trige-
 simo secundo usque ad millesimum
 quingentesimum sexagesimum ad tra-
 dendam Theologiam eligebatur: cum
 autem privatas, ac Protestantium se-
 ctæ contrarias foveret opiniones circa
 Prædestinationis dogma, hinc Magistra-
 tus, ut suum Officium abdicaret, il-
 lum rogabat, quæsito obtentu, ut a la-
 boribus suis respirare posset: ne vero
 petitioni obluçtaretur, Magistratus eum
 titulo emeriti, seu veterani Doctoris
 honorabat: itaque Bibliander hoc otio
 opportune usus novæ Alcorani editio-
 ni operam navare cæpit, illiusque
 textum juxta Critices regulas corri-
 gens, desuper Arabicas, & latinas edi-
 tio-